

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 4. 5. 6. Explicatur Sacrificii definitio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

quo patet nomen Missæ esse ferè coævum Ecclesiæ.

Quæst. 3. Quid est Sacrificium?

Resp. Sacrificium propriè sumptum definitur à Theologis, Oblatio sensibilis soli Deo facta ad profitendum supremum ejus in omnes creaturem dominium à legitimo Ministro, rei externæ & sensibilis peculiariter consecratæ, per veram immutationem, & destructionem rei oblatæ. Colligitur hæc definitio ex sancto Thoma 2. 2. q. 85.

Hæc definitio non competit, nisi vero Sacrificio; non autem Sacrificio latè accepto, quod complectitur omnia bonorum operum genera

S. August. De in honorem Dei; sic S. Augustinus ait: Verum Civit. Dei. Sacrificium est omne opus quod agitur, ut lib. 10. cap. 6. sanctâ societate inhæreamus Deo.

S. Tho. 3. p. Et ut ait Divus Thomas: Omne illud quod q. 21. art. 2. Deo exhibetur ad hoc quod spiritus hominis fertur in Deum, potest dici Sacrificium, secundum illud Psalmi: Sacrificium Deo spiritus contribulatus.

Ecclesiastici cap. 5. Sacrificium salutare est, attendere mandatis, & discedere ab ini-
quitate. Qui facit misericordiam, offert Sa-
crificium: At in sequentibus sumitur Sacrifi-
cium in propria significatione. Misericordiam
volo, non Sacrificium: Olex cap. 6. Melior
est enim obedientia quam victima. I. Regum.
cap. 15.

Quæst. 4. Quomodo potest clarè explanari tradita Sacrificii definitio?

Resp. Dicitur & est 1. Oblatio, hoc est,
actio peculiaris, & determinata, quâ aliquid
offertur. Deinde est oblatio sensibilis, per
quod Sacrificium externum & visibile, de quo
hic loquimur, distinguitur à Sacrificio in-
terno,

terno , & invisibili , quod consistit in pia vo-
luntate , quā quis seipsum offert Deo cum his
quæ possidet in perpetuam servitutem . Sacri-
ficium externum & visibile , testimonium est
apparens interni Sacrificii . Quare S. Augusti-
nus ait : *Sacrificium visibile , invisibilis Sa-*
Lib. 10. de
trificii Sacramentum , id est , sacrum signum Civit. Dei,
est. Verūm licet regulariter loquendo oblatio cap. 5.
invisibilis , & interior præstantior sit externâ
& visibili , & invisibilis accepta sit Deo sine
externa , & merè visibili , licet hæc externa
non sit grata Deo , qui intuetur cor , sine invi-
sibili , & internâ : attamen nomen Sacrificii
propriè convenit oblationi externæ & visibili ,
non autem invisibili , quia occulta est , & par-
ticularis , & nomine Sacrificii intelligitur ho-
nor publicus , & solemnis exhibitus supremo
Domino à Ministro publico ; necesse igitur est
ut oblatio sit externa .

Tertiò , Est oblatio soli Deo facta ; quia Sa-
crificium est verus Latriæ cultus , qui supremæ
Majestati solùm defertur ; unde legimus Exodi
cap. 22. *Qui immolat Diis , occidetur , prater*
quam Domino soli. Quemadmodum cultus
datur internus , quem soli Deo exhibemus , quo
ipsum agnoscimus primum , & supremum bo-
num , principium & finis omnium rerum , &
in hac cognitione quam fides inspirat , nos me-
ipsos humiliter ex animo prosternimus , ac
demittimus coram eo ; oportebat etiam , ut
signum esset exterius , quo testaremur hos ve-
nerationis sensus soli Deo debitos : Atqui so-
lum Sacrificium cultum hunc potest significa-
re , si quidem cætera omnia testimonia , & ex-
terna signa observationis , & reverentiæ , quæ
Deo à nobis exhibentur , sive flectendo genua ,
sive ad eum dirigendo preces deferri possunt
etiam Angelis & hominibus : at Sacrificium

Tomus III.

K

218 TRACTATUS V.

Conc. Trid. De Sacrificio Missæ. l. 22. cap. 3. soli Deo reservatur, ac debetur. Et quamvis, ut ait Concilium Tridentinum, in honorem & memoriam Sanctorum nonnullas interdum Missas Ecclesia celebrare consueverit; non tamen illis Sacrificium offerri docet, sed soli Deo qui illos coronavit. Vnde nec Sacerdos dicere solet: Offero tibi Sacrificium, Petre & Paule; sed Deo de illorum victoriis gratias agens eorum patrocinia implorat, ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris.

S. Augustinus nos docet, Sacrificium non posse offerri Martyribus, sed soli Deo. Quis audivit aliquando, ait, stantem Sacerdotem Dei. cap. 27. ad altare, etiam super sanctum Corpus Martyris ad Dei honorem cultumque constructum, dicere in precibus: Offero tibi Sacrificium, Petre, vel Paule, vel Cypriane, cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines & Martyres fecit.

Quod adhuc clare explicat Divus Augustinus, lib. 20. quem scripsit contra Faustum Manichæum. Populus Christianus, ait, memorias Martyrum religiosa solemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adjuvetur; ita tamen ut nulli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum sacrificemus, quamvis in memorias Martyrum constituamus altaria.

Divus Thomas rationem nos docet, cur Sacrificium soli Deo offerri possit, cum ait: 5. Tho. 2. 2. Exteriores actus Religionis ad interiores ordinantur: anima autem se offert Deo in Sacrificium, sicut principio sua creationis, & sicut finis sua beatificationis; & ideo sicut soli Deo summo debemus Sacrificium spirituale offerre, ita etiam soli Deo debemus offerre extiora Sacrificia.

De Sacrificio Missæ. Cap. I. 219

Non alteri visible Sacrificium offerendum D. Aug. de
esse neverimus, ait Divus Augustinus, quām Civit. Dei.
illi, cujus in cordibus nostris invisible Sa- lib. 10. cap.
cificium nos ipsi esse debemus. 19.

4. *Est Oblatio Deo facta ad profitendum*
supremum ejus in omnes creature dominium:
Et hic est omnium finis Sacrificiorum, quæ
sunt veluti tributa redditæ in testimonium sub-
jectionis nostræ, & plenariæ potestatis quam
Deus habet in nos. Hic finis meritum, & pre-
tium constituit actus Sacrificii instituti ad
summum Deo honorem exhibendum, profi-
tendo omnia ab ipso esse, & pro illius gloria
ad nihilum redigenda.

Dicitur *A legitimo Ministro*, quia ad om-
nes promiscuè non spectat offerre Sacrificium,
sed ad specialiter deputatos, ut personas publi-
cas, & præcipuos Ministros ad id peragendum
nomine totius populi. In lege naturæ id specta-
bat ad capita familiarum, ut ad Noë, Abra-
ham, & alios, aut ad eos quibus inspirabat
Deus, ut hoc munere fungerentur. In lege
scripta, Sacerdotium ad solam Aaron posteri-
tatem pertinebat juxta illud Exodi cap. 33.
Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum D. Tho. 3. p.
cum Filiis suis de medio filiorum Israël, ut q. 81. art. 1.
Sacerdotio fungantur mihi. Sed in lege gra-
tiæ adoranda victima, quæ in nostris offertur
Altaribus, à solis Sacerdotibus immolati po-
test, qui hanc potestatem accipiunt dum ordi-
nantur. *Sacerdoti*, inquit Divus Thomas, *cum* D. Tho. 3. p.
ordinatur, confertur potestas hoc Sacramen- q. 81. art. 1.
tum consecrandi in persona Christi: per hoc
enim ponitur in gradu eorum quibus dictum
est à Domino, Hoc facite in meam com-
memorationem. Et ideo dicendum est, quod pro-
prium est Sacerdotum hoc confidere Sacra-
mentum.

K ij

Quæst. 5. Quare dicitur Rei externæ & sensibilis specialiter Deo consecrata?

Resp. Quia vic̄tima oblata debet fieri sacra, ex prophana, & per hanc consecrationem Deo singulariter dedicari; *Id enim significat sacrificare, ac sacram facere*, ut ait Divus Thomas 2. 2. q. 85. art. 3. ad 3. *Hæc consecratio, qua res Deo in Sacrificium oblatæ in veteri lege ipsi dedicabantur, fiebat diversis mysticis ceremoniis prolixè relatis in Levitico, quæ ceremoniæ figuræ erant, & umbræ ejus quod agitur in vero Sacrificio, quod in nostris offertur Altaribus; & per hanc consecrationem Sacrificium etiam differt à metis oblationibus, quæ hac consecratione, & dedicatione non egent.*

Quæst. 6. Quare dicitur: Per transmutationem, & veram rei oblatæ destructionem?

Resp. Per hoc, Sacrificium distinguitur à simplicibus oblationibus, ut enim ait Divus Thomas: *Sacrificia propriè dicuntur, quando circa res Deo oblatas aliquid sit, sicut quando animalia occidebantur, & comburebantur; quod Panis frangitur, & comeditur, & benedicitur.* Ratio necessitatis hujus destructionis in Sacrificio, est, quia offertur Deo ut solemnis protestatio subjectionis nostræ, quâ ipsum agnoscimus, ut supremum vitæ, & mortis Dominum; & hæc destructio, seu immolatio repræsentat supremam Dei in nos auctoritatem, nosque paratos esse ad perdendam vitam cùm Deo placuerit; & quia non licet nobis ipsis necem inferre, substituimus victimam in Sacrificio externo, ut ostendamus dispositionem in qua sumus, vitam nostram sacrificandi pro honore supremæ ejus debito Majestati. Huc accedit, quod omnia tam legis naturæ, quam scriptæ Sacrificia, repræsentabant Sacrificium Christi in Cruce peragendum,

De Sacrificio Missæ. Cap. I. 221

ut ait S. Augustinus his verbis: *Hujus veri S. Aug. lib. 10. de Civit. Dei. cap. 20.*
Sacrificii multiplicia, variaque signa erant
Sacrificia prisca sanctorum, cum hoc unum
per multa figuraretur: Atqui hoc Divinum
Sacrificium impletum est per destructionem,
& immutationem pretiosæ victimæ quæ oblata
fuit; oportebat igitur, ut Sacrificia perfice-
rentur per mortem, & destructionem diversa-
rum oblationum quæ Deo in Sacrificio offere-
bantur; cumque Sacrificium, quod in nostris
offertur Altaribus sit repræsentatio & innova-
tio Sacrificii in Cruce oblati, Sola offerendi scilicet 22. De
ratione diversa, ut ait Concilium Tridenti- Sacrif. Missæ.
num, perfici debet per destructionem victi- cap 1.
mæ oblatæ.

Quæst. 7. Oportet-ne Sacrificium exter-
num conjunctum esse cum Sacrificio interno?

Resp. Ut Sacrificium integrum sit, & per-
fectum, esse debet internum simul, & exter-
num: offerre Deo Sacrificium externum sine
interno, est offerre signum mendax, & um-
bram sine corpore, & eodem modo se gerere,
ac illi qui multa promittunt sine intentione illa
adimplendi, contra illud quod dicitur Joannis
cap. 4. Spiritus est Deus, & eos qui adorant D. Aug. de
eum, in Spiritu & veritate oportet adorare. Civit. Dei.
Hic est Dei cultus, ait Divus Augustinus, hac
lib. 10. cap. 4.
vera religio, hac vera pietas, hac tantum
Deo debita servitus. Et idem in Psalmum 77.
ait; Hoc enim colitur quod diligitur; unde
quia Deus rebus omnibus major, & melior
invenitur, plus omnibus diligendus est ut co-
latur, nec colitur ille nisi amando.

Quæst. 8. Quotuplex est Sacrificium?

Resp. Quadruplex. Primum est antonomasti-
cè Sacrificium Latriæ, aut adorationis seu
Latreuticum, quo agnoscimus supremum Dei
in omnes creaturas dominium; & hoc Sacri-